Epistola 79. 80 IOHANNI COCCEJO

M. Admodum Reverende Vir, Domine honorande.

Dudum haesi inter dubitationum fluctus quid tandem post transcrip-
tum Rev. V. de doctrina et pietate D. Bakerij iudicium nostrates
decrevissent, donec seri ex affine meo unigij fratre eiusdem coetus
ministro Belgico ac ad nos ob imminens periculum profugo per-
cepi sub eunde fervere promotionem alterius cuiusdam mihi
ignoti plurimum autem favore vecti. Causam indaganti serio respon-
dit affinis esse aut fuisse Coloniae studiosos Juris Bremae
oriundos ac Domino Laer familiares quos libido incessit
ignominiae labem aspergendi vitae D. Bakerij in Academijs trans-
actae. Ego horrui ac nefarias artes detrectandi detestatus ad
liberandam conscientiam duxi e re T. Rev.^{ae} opus exhortari ad
abstergendam contumeliae spurcitiem literis ad D. Laer missis,
ne latius serpat calumniae virus, ac eximio Viro de quo et
postmodum multa egregia ex Bremensibus audivi, ulterius noceat.
Dubio namque procul et D.^s Laer nimium cognito proditorum
perfidia discedendum erit, cui tum surrogari posset. In eo
quoque peccatum a consistorij membris, quod verba illa in Rev.
V. Literis ad me extantia et a me ad amussim exscripta (
Audivi eum concionantem aliquoties. Placuit collegis meis diligentia, elo-
quium memoria iudicium) ita sint interpretati ac in acta
referri iusserunt ac si alijs placuisset. Rev. vero Vestrae non
item. Imprudenter sane et stolide ab illis factum errore
non malitia. Ego ne quidem per somnium subodorabar
eiusmodi a tergo insultus et latentes machinas. Unico ergo
epistolio, ad D. Laer quod ego libens curabo, difflanda erit haec pestilens
aura. Dolendum sane eo prolabi mortales malitiae ut ad exul-
cerandam famam bonorum adeo sint proni et ingeniosissimi. Sed
haec piorum sors, hoc fatum. Caeterum Vener. Dne percepi ex literis
Celeberr. D. Lindani T. Rev.^{am} ut et D. Heydanum me commendasse
Nobiliss.^o D. Curatori à Beveren, quo nomine gratias Rev. V.V. debeo im-
mortales. Scio eundem Illustrem Virum serio in Curatorum conventu
meam efflagitasse promotionem Deo licet id nondum placuerit. Idem
Amsterodamo mihi scriptum de affectu Nobil. Consulis Schapij erga me
eumque confido in proximis comitijs omnem pro me moturum lapidem si
fidem merentur quae scripsit cognatus Valckenierij Reipbl. Amsterod.
Scabinus. Ego nec spe me lacto nec metu torqueo obtemperans unice

arbitrio Numinis. Gratissima foret uxori commoditas compellandi amicos sine nausea maritimi itineris, mihi vero nil acceptius foret quam Rev. V. consortio frui, ac a sapientiae vestrae fonte nonnullos ad me derivare rivos. Vulgus hic ingratum est et austero erga exteros vultu et pectore. Vix in precio pietas. Si illa vocatio mihi obtingeret testarer sane me eum esse, qui et rite novit Digniores suspicere et concordiam cum caeteris colere. Certe licet nunquam Collegae nomen mererer, tamen eam humanitatis imo observantiae fidem tibi probarem, quae non nisi voluptatem et gaudium Rev. adferret. Si spes adhuc affulgeat rogo R. V. Dignit. mihi porro faveat ac difficili negocio ad exitum perducendo omnem adhibeat operam, quantam quidem conscientia et rei aequitas patiuntur. Vale Vir summe. Deum O. M. supplex veneror Rev. V. cum honoratissima conjuge et lectissimis liberis clementer protegat. Salvete pl. ab uxore mea cui ad lucem parturienti Deus felix indulgeat puerperium. Dabam raptim properanti Harderwici 1653. 21. Julij

Omitto exercitationes meas in locum Matth. de Vocatione Magorum cujus occasione Pelagianorum et Semipelagianorum de Gratia Dei et libero arbitrio errores perstrinxi. Plura proxime mittam.

Suae Rever. Dignit. devotiss.

Joannes Valckenier

Salut. pl. dico Venerando D. Heydano nec non Cl. D. van der Linden ad quem manu Hornij nostri literas misi

Rev. & Clariss. Vir, Symmysta honorande, S.P.

Remitto filium, quanquam serius, eumq; fidei tuæ porrò committo.

ne quidem
Wevelinchovio
conciliante
si referret
erbekius sit
uiturum.
lausum,)
ae meum
atio, inter
ti patris
profectam.
Vale πανοικί.

dieft,

…issime frater. S. V. B. E. N. per gr. Dei V.

…ris filij ante octiduum intellexi, nuperrimas meas à dno Olden„ … probè redditas. Scripseram aliquid de durante adhuc dissidio inter …atum & cives, non tamen absq; spe compositionis. Res illuc devenit, … quidam ex Senatu, et deputati ex civibus ad reformandos unà cum depu„ … Senatus malos hujus mores (: ita sc: apud nos nunc agitur! Et illi …atores sunt ex ꝯi civium sorte, auß Alterleüten, Kauffleüten, …ämpfern :) existimarent, oppositionem Doctorum (: qui convocationibus …s cum civibus interesse, et consilia dirigere injurati, h. e. absq; præstito …ato civico, obligante ad obediendum Senatui, et observationem statutorũ …stitutionum Reip: Tafel, Büch, und Kaüffer Zündnaft, sata„ … :) vel cessaturam, vel repressum iri, omaq; ex voto cessura, si illi …tu, qui ipsi antequam jurato Senatorio Reip. se obstringerent, ju„ …um civicum non præstitissent, illud etiam nunc (: omissâ tamen … de obediendo seinem Bürgermeister und Rathmeister, et de … Von eigner gestalt &c: quæ etiam in formulâ Doctoribus …tâ omissa :) publicè præstare non dubitarent. Conclusum est, …atu, hoc fieri debere; simulq; inter cives placitum, ut, si hoc fieret, …s, si adhuc renuerent, non admitterentur ad consilia, neq; quisquam …um in Senatum allegeretur, nisi qui anno integro antè (: hic …s non probatus à Senatu) juramentum civium præstitisset. …s vocati d. $\frac{15}{25}$ Jul. à Senioribus in studium mercatorum, uff … Hilding, perstiterunt in sententiâ, & unanimiter, verba faciente … Cõpar, assessore dicasterij Frisici, nec tamen abstinente …ab hisce turbis, detrectârunt juramentum istud requisitum, … Consulibꝫ et Senatoribꝫ præeuntibꝫ. Conventio Senatûs et

arbitrio Numinis. Gratissima foret uxor, commod
lendi amicos sine nausea maritimi itineris, mihi
acceptius foret quam Rev. V. consortio frui, ac a
vestro fonte nonnullos ad me derivare rivos. V
ingratum est et misero erga exteros vultu et pec
in precio pietas. Si illa vocatio mihi obtingeret te
me eum esse, qui et rite norit Digniores suspicer
concordiam cum caeteris colere. Certe licet nunquam
nomen mererer, tamen eam humanitatis meae ob
fidem tibi probarem, quae non nisi voluptatem et gau
adferret. Si spes adhuc affulgeat rogo R. V. D
porro faveat ac difficili negocio ad exitum perduc
adhibeat operam, quantam quidem conscientia et
patiuntur. Vale Vir summe. Deum O. M. supp
Rev. V. cum honoratissa conjuge et lectissimis l
ter protegat. Salvete pl. ab uxore mea cui ad
properanti Deus felix indulgeat puerperium. Da
Harderwici 1653. 21. Julij

Tuae Rever. Dignit.

Joannes Valckenier

Mitto exercitationes meas in
locum Matth. de Vocatione Magorum
cuius occasione Pelagianorum et
Semipelagianorum de Gratia Dei
et libero arbitrio errores
perstrinxi. Plura proxime
mittam.

Salut. pl. dico Venerando D. Heydano
nec non A. D. van der Linden
ad quem manu Hornij nostri
literas misi